



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

18. Archiepiscopo vel Episcopo, aut Prælato celebrante in loco exempto,  
cujus erunt oblationes in missa factæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Capellas, Ecclesias aut loca non exempta nam eorum respectu subicitur ordinatio  
 cum capella de privileg. ubi DD. & consequenter eorum contemplatione iuramentum  
 fidelitatis Episcopo prestare potest, idque argumentum sumendo à feudis potest  
 esse aliquis esse vassallus duorum pro diversis feudis ac utriusque respectu  
 prestare utrique Domino iuramentum fidelitatis cap. 1. que sit nova forma in feud.  
 cap. de forma 2. 2. quast. ult. c. 1. in fine hic finitur lex. cap. grandi de supplend. neglig. prelat.  
 in 6. Spec. de feudo §. 2. vers. 12. Quod genus argumenti in hac exemptionum mate-  
 ria procedere diximus frequenter supra lib. 1. qu. 45.

QVAESTIO XVII.

Archiepiscopus, Episcopus, an celebrare possit in locis à se exemptis.

Questionem hanc tetigimus supra quam proinde nolo hic iterum repetere  
 supra lib. 2. q. 45. vers. 25. & 62. Quid autem de alijs praelatis vel Abbatibus  
 an Pontificalia exercere possint extra eorum Ecclesias item in presentia suorum  
 praelatorum superiorum vide copiose Francum cap. ut Apostolica n. 5. & 6. de privi-  
 leg. in 6.

QVAESTIO XVIII.

Archiepiscopo vel Episcopo celebrante in loco exempto cuius erunt  
 oblationes in missa factæ.

SUMMARIUM.

- 1. Diæcesis est parochia Episcopi.
- 2. Omissum remanet in dispositione iuris.
- 3. Solutio questionis cum distinctione.
- 4. Troilus indistincte censet deberi Episcopo.

Videtur quod Diæcesani quia tota diæcesis est parochia Episcopi cap. licet  
 16. q. 3. & alij curati dicuntur adiutores Episcopi cap. fin. de offic. Archiepresby-  
 teri. Præterea oblationes veniunt accessorie ad missam ideoque videtur quod ce-  
 lebranti debeantur cap. accessorium de reg. iur. in 6.

In contrarium vero facit quia diæcesano permissam est quidem ut celebret in  
 loco exempto iuxta Clem. Archiepiscopo de privileg. at vero de oblationibus nihil  
 dispositum reperitur; unde fit locus axiomati quod omissum remaneat in dispositi-  
 one juris communis l. commodissime ff. de liber. & post. Petrus de Anchar. hac in quæ-  
 stione sic distinguit ut si celebret exequendo officium Pastorale, quod ei oblatio-  
 nes debeantur, idque ut subveniatur in necessitate constituto secus vero si volunta-  
 rie

tie arg. d. cap. accessorium & arg. l. si. si. de iussor. ff. qui satisdar. cogant. Anchar. d. Clem. Archiepiscopo Cardinalis vero Sabarella dicit quod de urbanitate Episcopo celebranti debeantur, de iure vero ei cui competunt iura Parochialia computantur enim oblationes inter iura Parochialia cui etiam assentitur Felinus Card. d. Clem. Archiepiscopo n. 11. Fel. cap. dilectus n. 1. vers. & adde de offic. ordin. Ac vero Troilus maluetus sequendo Imolam indistincte censet deberi Episcopo Tract. de oblat. imagini sacri par. 4. n. 2. Imol. d. Clem. Archiepiscopo col. pen. vers. ulterius quarit. tum quod oblationes dentur propter meritum magis merito ut est Episcopus arg. l. nec adiecit ff. pro socio cum quod tota diocesis dicatur Parochia Episcopi ceterique curati eius tantum adutores d. cap. licet & d. cap. fin. Qua in re semper collimandum est ad privilegia & consuetudines Marian. Socinus tract. de oblationibus lib. 18. num. 60. & sequer cap. porro de privileg.

---



---

QVÆSTIO XIX.

Exempti an teneantur venire ad Synodum,  
SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Synodus est signum subiectionis.                              | 5. Idque nisi habeant populum non exemptum.                              |
| 2. Synodus an sit de lege diocesana vel iurisdictionis.          | 6. Libertas non veniendi ad Synodum an prescribi possit.                 |
| 3. Iudex in varietate opinionum bene facit eligendo mediam viam. | 7. Abbates exempti qui interesse Synodo debent quali amictu uti debeant. |
| 4. Exempti non tenentur venire ad Synodum.                       |  |

**Q**uod venire ad Synodum Episcopi sit signum subiectionis apud omnes est indubitata cap. fin. de causa possess. & propr. Spec. de test. §. nunc videndum vers. intendit probare Milu in reper. verb. Episcopus §. 1. Unde fit dubium an exempti ad eam venire compellantur, pro solutione cuius præmitto, vatic olim fuisse disputatum utrum Synodus sit de lege diocesana an vero de lege iurisdictionis, quod fit de lege diocesana tradidit glossa & eius sequaces in cap. dilectus ubi Abbas de offic. ordin. l. 2. & in cap. super his not. 2. de maior. & obed. per cap. Episcopus dist. 17. cap. fin. 1. quæst. 2. ea enim omnia dicuntur esse legis diocesane à quibus monasteria de iure repetuntur esse exempta d. ca. Episcopus & d. cap. fin. & dixi supra lib. 1. qu. 15.

Quod autem sit de lege iurisdictionis, censuerunt plerique alij vide Hoff. d. c. dilectus ubi lo. Andr. & Card. & in cap. conquerente sod. tit. Gemm. cap. 1. 10. quæst. 1. Ratio est